

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VI, 02 : De Aurora](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 02 : De Aurora

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[63\] : De Aurora](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 02 : De Aurora](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 03 : De l'Aurore](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 02 : De l'Aurore](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 169r°-170r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Aurore](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

more & calore solis illo eximio multa postea arborum plantarumque genera nasci solere. veruntamen ubi calor materiz facultatem superavit, non amplius est generationis, sed corruptionis autor. Succus autem qui vel e corporibus animalium vel ex arboribus extremus effluit, propter vim intimam expellentem crassior est, quare electrum ex illis arboribus tum primum lacrymantibus effluxisse dicunt. Fuerunt qui hęc ad historiam potius detorqueant: nam omnes fabulę habent aliquam historię partem tantquam fundamentum. scribit Zetz. hist. 127. Phaethontem filium fuisse cuiusdam Regis, qui cum currum agitaret ad ripas Padi Celtarum fluvii in flumen delapsus interierit, quem tanto cum animi dolore luxerunt sorores, ut stupida factę sint, quare dictę sunt in arborea commutata. Nam Plutarchus in Pyrrho post diluuium primum Thesprotorum & Molossorū Regem Phaethontem fuisse scribit: quem Lucianus in Dialogo de Astrologia Solis idcirco filium, currumque accepisse credidit, quia solis cursum primum deprehenderit. fuerunt qui Phaethontis fabulam inde detortam esse dicant, quod vastus cometa solaris natura in nonnullis locis tandem dissolutus intolerabilis æstus effecerit. Est enim ea cometarum natura, siue sit vapor circa sydera collectus, siue per se pręlongus existat, qui paulatim exurit, siue alia quavis de causa oriatur, ut siccitas, & æstus, & aquarum penuria consequatur, quia propeniores sunt ad inflammationes aeris vapores, quam ad pluuiam. Quod attinet ad motes, deprimere nonnullorum arrogantiam per hęc voluerunt, qui nihil sibi non tribuunt, nihilque se nescire propter nobilitatem arbitrantur; quę arrogantia homines plerunque trahit in magnas calamitates. At nunc de Aurora dicamus.

10

20

De Aurora. Cap. 11.

Auroram filiam fuisse Hyperionis ac Thiaz, Solisq; & Lunę sororem, declarauit Hesiodus in Theogonia his carm.

Θυια δ' Αττις υι υλιου, Λευκοπαγης εκλεθη, 30

ηυη, η παρ' υιαττις Τηχθρονος φωνη

Αλακ' υτις υι Διου, τει η παρ' ο υριου υχουος,

Τηυηδ' Αρσηδρονος Αου φηουοις η φηλι τρυς.

Thia parit solem magnum, Lunamque nitentem,

Auroram, quę fert lucem mortalibus almam,

Cælicolisque Deis cunctis; Hyperionis almę

Semine concepit nanque illos Thia decora.

Alii Titanis & Terrę filiam esse Auroram crediderunt. Hanc solis pręuiam, sicut Aurorę pręuium luciferum, dixerunt antiqui: quippe cum solem cito oriturum nuntiet mortalibus, ut ait Orpheus in hymno in Auroram;

40

Αυρη Αου Διου τρεαδου δι' αυου ηυηδ' Αου

Nuntia Titanis celeris, lateq; nitentis.

Huic digitos roseos tribuit Homerus propter colorem rubicundum, aut subrubentem, quam in aurea sede vehi dixit in hymno in Venetem;

Αυρηδ' αυη τ' αυου ηυηδ' Αου τ' Αου τ' Αου

ηυη τ' Αου τ' Αου τ' Αου τ' Αου τ' Αου

Ut vestra de gente parem Diis, aurea sedes

Quam vehit, arripuit Tithonum Aurora maritum.

V u Fabulati

Mythologiæ

Fabulati sunt enim poëtæ Auroram in curru à quadrigis rubentibus vehi solitam, vt testatur Virg. lib. 6.

Hæc vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium æthereo curru traiecerat axem.

Theocritus autem non roseos, sed albos equos Auroræ appellauit in Hyla hoc pacto;

Ὅτ' ἴσχε' ἀλυσίππου ἀσπρίχου ἐκ δ' ἰσάδα.

Nec pullis Aurora domum Iouis vt petit albis.

10 Scriptum tamen reliquit Lycophron in Alexandra Auroram à Pegaso equo vehi solitam, vt est in his;

εὐεῖ πρὸς ἄσπετον ἄρτι φασίον ἀέθρον

κρημνίστην Ἐπιφρονίδεσσι περὶ δάριον ἀέθρον.

Ἐπιφρονίδη κούρην τῆς κίρρης ὄφιδος.

Aurora montem Phagium aduolauerat,

Velocis altum nuper alis Pegasi.

Cernam prope Tithonum in thoro reliquerat.

Hanc ex Oceano, tanquam solem & reliqua astra, surgere scripsit Homerus in hymno in Mercurium hoc pacto;

εὐεὶ δ' ἔρξασθα φῶς ἀστέρων φέρουσα

ἄρουρ' ἀπὸ βελαντίας Βαθυβύτου.

20

Hinc Aurora tulit lucem mortalibus almam

Fluctibus Oceani surgens sata mane profundis.

Memoria prodidit Paus. in Laconicis Auroram forma Cephalî captam pulcherrimi Iuuenis illum ad se rapuisse. rapuit Orionem præterea vt scripsit Homerus lib. quinto Odyss.

Ὁρὸν δὲ τὸν ὄρνιθ' ἔλατο ἰσθιδάκτουλος ἄνθρωπος.

Sic vbi ab Aurora rosea est corceptus Orion.

30 Quæ Tithonum etiam maritum sibi rapuit, quem in Delum asportauit, eumque dormientem in thoro consurgens relinquebat cum Memnone filio, vt innuit Virg. lib. 4. Aeneid.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Hanc ex Astræo præterea scripsit ira Apollodorus libro primo biblyot. Ventos & Astra peperisse; ἔστω δὲ, καὶ ἀστέρων ἀέθρον καὶ ἀστέρων. Ex Aurora & Astræo venti & astra. Nam cum Astræo congressa fratre Thiz & Hyperionis filio Argestem, Zephyrum, Boreamq; peperit & Notum, vt in Theogon. ait Hesiod.

Ἀστέρων δ' ἦν ἀέθρον τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον

Ἀστέρων, Ζεφύρου, βορέου, ἰσθιδάκτουλος ἄνθρωπος,

καὶ νότος ἐκ φιλοφρονίδεσσι διὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον.

40

Astræo peperit ventos Aurora rapaces

Argestem, Zephyrum, & boream glacialibus alis,

Atque Notum coniuncta deo Dea candida lecto.

Hanc iucundissimam & suauissimam non hominibus solum, sed omnibus animalibus, & omnibus plantis contigere, scripsit Orpheus in hymno in Auroram his verbis;

Ὁ χαίρει δὲ πρὸς τὸν ἄνθρωπον τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον

ἐκ φωνῆ τῆς εὐφροσύνης καὶ τῆς εὐφροσύνης.

ἦν δὲ ἄλλοι γὰρ καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἀστέρων .
 ἦν δὲ ἄλλοι γὰρ καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἀστέρων .
 ἦν δὲ ἄλλοι γὰρ καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἀστέρων .
 Qua gaudet mortale genus , vitare nec vllus
 Conspectum vult dius tuum . cum fluctibus exis ,
 Exeuntis & somnum ciliis , letantur vbiq̄ue
 Serpentumq̄; hominumq̄; genus , volucresq̄; feraxq̄; .
 Quæq̄ue colunt altas frum̄oli marmoris vndas .

Hæc illa sunt, quæ de Aurora fabulose prodita sunt ab antiquis . Hanc Thix
 & Hyperionis filiam arbitrati sunt illa de causa, quia diuina bonitate ita sta
 tuente lux è sole ad mortales manet . quid enim commodi habemus , quod
 hominibus à Deo non sit ? Hanc alii Terræ filiam & Titanis , alii nuntiam
 Titanis vocarunt , & ex oceano emergere crediderunt . quia nauigantibus
 ex vnda , aut in planitie existentibus è terra exire apparet , & è luce solis
 quem antecedit . Nam oculorum acies ad certum interuallum pro facultate
 naturali locorum distantiam metiri potest , at hallucinatur præterea ob im
 becillitatem & ob molem aeris inter aciem & distantia corpora interiecti,
 quæ spectantur . quare si quid longinquum metiri velimus , adhibenda sunt
 optice instrumenta , aut aliqua oculorum aciem adiuuantia & coarctantia .
 Efficit igitur turbidi aoris natura & surgentium assidue vaporum vt candida
 lux solis his interiectis , cum tenuis illa adhuc sit , vt rubicunda & rosea Au
 rora videatur ; quare roseum colorem , & roseos digitos & auream sedem , &
 rubentes equos illi attribuerunt , qui idem sunt & solis . propter celerita
 tem motus illi currus concessus est . Hanc niros equos habere alii dixe
 runt , non ad surgentes vapores , sed ad ipsius lucis naturam intuentes . at
 nunc dicatur de Memnone .

10

20

De Memnone .

Cap. III.

Memnon fuit Auroræ Tithoniq̄; filius , qui habuit fratrem ex iisdem pa
 rentibus Emathionem , vt ait Apollodor . lib . 3 . Hesiodus in Theog .

30

Τίθωνος δὲ τῆς αὐρῆς γέννηται χαλκιτερῶν ,
 Αἰθιοπῶν βασιλῆος , καὶ Ἐμαθίωνος ἀδελφοῦ .
 At Aurora patit Tithono Memnonæ fortem ,
 Aethiopum Regem , Regem simul Emathionem .
 Hunc natum esse Thebis testatur Dionysius in Situ orbis in his ;
 ἔστι δὲ τῆς αὐρῆς γέννηται χαλκιτερῶν ,
 Αἰθιοπῶν βασιλῆος ἀδελφοῦ Ἐμαθίωνος .
 Μένωνος αὐτὸν ἄλλοι τῆς αὐρῆς γέννηται .

40

Nam quicunque colunt Thebas & mœnia clara ,
 Thebas ogygias He atompylas hic vbi Memnon
 Surgentem capit Auroram complexibus arctis .
 Strabo tamen lib . 15 . Cissiam matrem Memnonis vocatam fuisse scribit .
 Hunc Aethiopum fuisse Regem , & ex Aethiopia ad bellum Troianum , vel
 potius è Susis Persarum cinitate venisse ait Pauf . in Phocensium rebus . nam
 omnes illas nationes Memnon ante bellum Troianum debellauerat , quæ
 mediæ fuerunt vsque ad fluuium Choaspem . Memorix prodidit strabo